

M. FRIDERICUM ZORLERUM,
Cruciani Dresdens.

quondam Rectorem,

ab umbris revocat,

&

Viales Férias

ad D. JUN. XXX.

pomeridiano

tempore

celebrandas simul indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,

Annæ sch. Rect.

DRESDÆ, liter. Stoeffelianis. 1741.

79.

Coll. diss. A
36, 15

a. XXXVI. 15.

M. FRIEDRICHUM ZORLERNUM

Gruciani Dresdens.

quondam Hegorini

ab imbris tenet

3

Viales Ferris

1747




Pomeriano

scripto

celebrata sunt

M. Christianus Augustus Friedrichs

1747



DRESDEN, inq. 1747



Via semper animadverti, studiose me debere operam dare, ut ne quid *meorum* PATRONIS SUMMIS ignotum esset, propterea non dubito, quin sciant libenter, non solum cuius indolis & pretii sint *scholæ ac disciplinæ alumni*, sed etiam quam trahant sortem, *quæ detur ipsis fortuna*. Admittitur nunc ad officium tenue quidem, & ad seculi vanitatem ac consuetudinem leve & potius (1) contemnendum *discipulus*: at honestum utique, salutare multis, & quod publica igitur res desiderat, probat DEUS, tegit, tuetur, ornat bonis vitæ alterius, pauca cum hic plerumque adjiciantur illi. Ex insperato interim cum huic contingat, quod multis jam auditoribus, DEO providente, nostris, ut *è schola evocetur rite*, apparanda est festinantius apud nos scena Juveni, in quam prodeat ultimum, ne *ἀσύμβολος* è conspectu discedat.

A 2

Præ-

(1) Qui *agros colunt*, laboriosi præ cæteris homines, fastidium non modo stomachi sed etiam oculorum movent sæpius *mediocris etiam fortunæ* foeminae virisque. Noluisse *foricem* ejusmodi prodentem se suo indicio, conspici funeris sui apparatus cum cadavere exanimi ab *agresti plebe* audivi aliquando, & simplicitati sanctæ indolui. Mirari igitur oportet neminem, tantum vel animi esse in multis, vel auctoritatis, ut totum quoque *ludimagistrorum ruralium* ordinem ludibrio habendum, & insultatione quavis dignum ducant.

Præfari me pauca oportet in texendo opere: properanti obviam quasi veniunt *avēndora* haud plane spernenda, (2) ZORLERI nostri quæ & memoriam renovent veterem, & vitam exponant clarius ac copiosius, plus dicant, quam dictum prius fuerit.

M. FRIDERICUS ZORLERUS, Minister (3) *scholæ Fribergensis*, nascitur *prope Kitthingam*, (4) a. 1522. V. d. APRIL. hora X. vicina meridiei: his quidem verbis incunabula ejus notavit PAULUS EBERUS, *Kitthingensis*, ejusdem igitur fere civitatis, in *Calendario*, quod in vulgus est notum, *historico*, p. 132. (5)
Wit-

-
- (2) Servat Museum meum *Phil. Melanchthonis Opera* ex *Zorleri Bibliotheca* per varios casus translata tandem in nostram. Horum *Pars prima in fronte* Album gerit symbolis inclitorum virorum, *Pauli Eberi, Georgii Major, Pauli Crellii, Joannis Draconit. Abdiæ Prætorii, Casp. Peuce-ri, Hieron. Welleri &c.* ornatum. Eadem & *secunda* in calce *Varia* ipsius *Zorleri* manu ac calamo *vernaculo & latino* sermone notata, & *domestica* præsertim exhibet, quæ hac vice publicamus.
- (3) M. *Valentinus Apelles*, *Gymnas. Freiberg. Rect.* hæc ipsa *Eberi* verba, *Minister Scholæ &c.* delevit, & ad *Calendarium* suum adscripsit, ipsum (*Zorlerum* scil.) *inter poma natære*, teste quidem oculato, *D. Daniele Thor- schmidio*, *Physico Freibergens.*
- (4) *Kitzingen, am Mann, im Bisthum Würzburg*, quod oppidum ad suum pertinere usum *Marchiones in Franconia Brandenburgenses* post hominum memoriam existimant.
- (5) Exemplar meum possedere quondam M. *Hermannus Witteramus, Eim- bensis, Johannes Merckius*, *Rect. Grimmenfis &c.* qui res sane notarunt memoria dignas. Innumera autem pene vidi ego & lustravi *Eberiana Ca- lendaria*, quorum *Scholia & supplementa utilibus* miscebant ridicula, mi- mos, fatyras, diras, censuram agebant asperam, morosam, tristem. Pal- mam in his præripuisse multis memini *Wincklerianum Dresdense & Stol- pense*, ex quo facetias & historias depromam paucas e. g. d. 28. Maj. 1588. *raufft Abraham Herd, das fromme Schneiderlin und seine Kind seinem Vater, P. P. eine halbe Seite seines Barts aus &c.* den 9. Jul. 1594. hat Herr Past. Winckler bey Ernsts von Miltitz, zu Langen- Wolms

Witteberge in sinu *Eberi* enutritus est *Fridericus*, quod ex sepulchrali lapide cognitum habemus. v. *Moll. Th. Freib. Chron.* p. 307. *Hieronimo* deinde *Wello* postulante id *Freibergam* missus à *Philippo Melanchthone* a. 1548. (6) *supremi* s. *Con-Rectoris* obtinuit provinciam, *Pro-Rectoris* insuper nomine *primus inter omnes* insignitus. *Moll.* p. 314. A. 1571. d. 20. Jun. *Dresdam* vocatus, ut *scholæ ad S. Cruc. æd. RECTORIS* exciperet partes, integris decem annis egit illas, donec a. 1581. *Freibergam* reversus *Valentino Apelli*, *Rectori*, ipsis *August. Calend.* ex statione beata morte decedenti succederet, spartamque hanc quinquennium adhuc ornaret. Nam a. 1587. d. 31. Jan. *stans quasi* vitam finivit cum pridie repugnantibus *Collegis*, de quo sepulchri inscriptio iterum docet nos, officio

A 3

gra-

Wolmsdorff, Söhl. *Christian*, nebst 7. *Adel.* *Personen* einen *Tauff-* zeugen abgegeben, 1. fl. eingebunden, und 2. *Schreckenberger* uff *Bette* gelegt. Den 18. Jul. 1598. kam *Hr. Friedrich Wilhelm*, der *Chur Sachsen Administrator*, ins *Schloß Stolpen* ein: Im *Pfarrhause* herbergten *M. David Meisius*, *Hof-Prediger* von *Torgau*, und *Doct. Leuschner*, *Hof-Medicus* von *Dresden*, item der *kurzweilige Rath.* Den 28. Nov. 1586. hat *Paul Lindisch*, von *Zwickau*, *Studios.* *Wittebergensis*, hernach *Past.* zu *Lichtenberg*, vom *Pfarr* zu *Possendorff*, *Hessio*, 4. fl. genommen, darvon 13. gl. seiner *Tochter Agnete* gegeben, und dargegen, vff *Ehestiftung* mit ihr, wieder ein *Schnoptuch* von ihr bekommen 2c. 2c. Tum certe homines

Arbuteos foetus montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.

(6) IV. d. Maj. quem *Zorlerus* notavit adjectis his: *It scripta Philippi publica docent.* *Alterum*, credo, libellum *Epistolarum Melanchth.* *Witeberg.* 1570. editum in animo habuit, ubi hæc *Hieronimo Wello* transmissa p. 293. leguntur: Cum *Menii* filius hic narraverit *Marcello*, se non servituum esse *Vestræ (Freibergensi)* *scholæ*, mittimus ad vos hominem *Francum*, *Magistrum Fridericum Zorlerum*, *Virum modestum & præclare instructum* eruditione in *Philosophia* & utraqve *lingua*, qui operam *Vobis* suam offert. *Vobis* igitur *hunc Fridericum* commendo. *Cal.* *Maj.* 1548.

gravi vocis contentione functus esset. Honesto funere in templo primario post suggestus (7) legimus humatum. Quæ recensuimus hic, typis exscripta jam, & à MOLLERO potissimum monumentis prodita publicis, ab EGENOLFO (8) autem & LUDOVICO (9) repetita sunt: quæ sequuntur ZORLERI *κιντόγραφον* à me supra (10) laudatum ministrat omnia.

De mutata a. 1571. sede ea referuntur, quæ confugisse virum ad nos ab inimicis exagitatum clare ostendunt. Hæc enim abiens cecinit:

Christe vocas, homines me extrudunt rite vocatum:

Ergo alacris capio munera læta scholæ.

In itinere hoc pertenui inter utramque fortunam discrimine hærebat, quod ipse suis verbis exponat. Cum *Freiberga*, inquit, discedens & decedens de monte in *Muldam fluvium* hos versus (11) meditor, mox cum conjuge & omnibus liberis curru vectis in magnum incido periculum, in quo filius Dei præsidio angelorum me servavit, & ex aquis violentis imbre auctis extraxit. Et alterum currum multa supellectile onustum, in vadis hærentem & jam-jam ruentem sustentavit, 5. Jul. 1571. *Fridericus* filius in hoc terrore & subita consternatione sub ipsam horam paroxysmi febris liberatur à duobus Medicis *Freibergensibus* desertus antea. *Dresdæ* Inspectorem scholæ habuit M. *Balthas. Obserum*, (12) Senatorem, quem hoc ornavit epigrammate:

Cum Pater & Patriæ princeps, OBSERE, voceris,
Sis Pater, & patriæ vive diu atque scholæ.

Hoc

(7) in der Dom-Kirche im Gang hinter den Predigtstühlen, *Moll.* p. 306.

(8) in *Programmat. Scholast.* p. 513.

(9) v. *Schul-Histor.* P. II. p. 113. (10) v. not. 2.

(11) Angelus ipse Dei custos *πομπευς* que fidelis

Has mihi relliquias servet & huncce gregem.

(12) *Magister Oberster* à *Wincklero* nominatur in *Calend. Eberiano.*

Hoc ego sic orans, vult hoc studiosa juvenus
 Quæritur ex vita hac gloria CHRISTE, Tibi.

Patrono usus est præcipuo *D. Wolfgango Eulenbeccio*, (13) cujus etiamnum manes, cineres & ossa pietatis, justitiæ & munitæ fama florent, nobile præsertim apud *S. Crucis* (14) *templum scholamque* nomen est.

Vir omnino fuit literatissimus, scholæ peritissimus (15) regendæ; Poëta seculi genio, Præceptorum & coævorum, *Melanchthon. Sabini*, *Ad. Siberi* &c. exemplo accommodatus, Astronomus insuper & Astrologus, qui aliorum consuetudinem imitatus coelum ipse etiam tuebatur, & erectos ad sidera tollebat vultus. Afferam testimonium, quod in P. II.^{da} Opp. Melanchth. reliquit in *eclipsi solis conjuncti cum Mercurio*, qui regit λογιστικόν (horoscopum forsitan *Zorleri*,) 1567. 9. April. h. i. m.

Ipsæ λόγος, Deus omnipotens, fatoque solutus,
 Contra fata meum servat alitque λόγον.

Altero anno post, cum secundum in *Freibergensi schola* tenere gradum coeperat, uxorem duxit civem, de qua re accurate scripsit hæc: A. Dom. 1549. den 25. Tag Nou. hab ich mit rath der frommen Lorenz Castner, M. Wendelini Gyrrichii, vnd M. Basillii Zeilingi, Senatoris gefreiet Sibyllam, Donat Menzels, Bürgerß vnd messererß, (cultrarii,) zu Freiberg tochter. Ex hac utriusque sexus IX. procreavit liberos, quos ipso duce recensere in tabula licet omnes. Suum autem retineant ordinem, quem dedit natura.

Tab.

(13) Qui *Zorleri* quoque filiam minimam natu ex sacro fonte a. 1574. suscepit. v. not. 20.

(14) Vitam *Evergetæ summi* superiore anno *Cl. Schoettgenius* noster eleganter descripsit.

(15) *Plagosum Magistrum* in *Eber. Calend.* suo *Tborschmidius* vocat: Cujus quidem & *Apellis* (vid. not. 3.) censuram reputans nobilis de *Hamilcare* ef-fati recordor: Non *maledici* tanto viro deesse poterant.

Tab. I.

Fridericus, (16) nat: 1551. 16. Jan.	Johannes, n. 1552. 8. Oct. (17) Pastor <i>Scaffavi-</i> <i>e</i> factus. (zu <i>Skassa in der</i> <i>Superint. Gr.</i> <i>Hann.</i>)	Maria, n. 1555. 30. Jan.	Anna I. n. 1557. 4. Jun. ob- dormivit placide i. Aug. ma- ne hora III. magno choro nobilium adolescentum cir- ca cunas, una cum paren- tibus Deum invocantibus.
---	---	--------------------------------	--

Philippus, n. 1559. 16. Jul.	Sibylla, n. 1562. 15. Sept.	Raphael, a. 1564. 24. Oct. natus in <i>lectorio superiori,</i> ad ipsam <i>cathe-</i> <i>dram,</i> quo con- fugerant paren- tes in <i>contagio pe-</i> <i>stis.</i> (18)	Andreas, (19) n. a. 1567. dominica die Adventus & u- na S. Andreae Apo- stoli, <i>difficili sane</i> <i>partu.</i> Pastor <i>Pau-</i> <i>sizensis in Ephoria</i> <i>Haynensi evasit.</i>	Anna, II. n. Dres- da, 1574: 15. Sept. (20)
------------------------------------	-----------------------------------	---	---	---

Hæc

(16) *Hieronymus Wellerus* testis lavacri divini fuit. Der Mutter Stieff-Groß-
Vater, **Wolfgang Balman**, Annæbergens. Vesper. Prediger im Dom,
tauffte. Hoc *Zorleriana stirpis* ergo monebimus, & quod ap Moll. p. 255.
Palmer cognomine dicitur. A 1567. laboravit - - - Fridericus a die Mar-
garethæ usque ad 18. Sept. quo abiit in Franciam. (Franconiam.) Conva-
lescit subito ex febris in infelici alias itinere, a 1571. v. p. 6.

(17) Pater conspicuum *charactere hoc sacro* ac maritum vidit filium. Poesis utrius-
que concordat. Parens ad filium aliquando:

Anni principium Vobis faustumque bonumque

Sit precor, & finis lætior esse velit.

Inque domo vestra CHRISTUS sua castra precamur

Erigat, & vobis conferat omne bonum.

Filius respondit:

Et nos pro vita { fortunataque senectæ
Domino Vestraqve salute

Pro-

Hæc quidem, nec plura *B. Zorlerus* scripta reliquit nobis: nos autem ea *excellentis Viri* vitam persecuturo olim plenius bona fide tradimus.

Ex *S. Crucis atrio* ad *Anne nostræ propylæum* revertor nunc post præfationem solennem protinus, & quæ ab initio jam exorsus sum dicere, pertexo & absolvo. IV. omnino discipuli *de re præsentis* breviter admodum perorabunt *capitulatim* dicturi omnia, tempore scilicet ipsis dato perquam modico.

B

Chri-

Proque domo assidue vota precesque damus.

Christus ut {ærumnis finem hoc imponat {in
Vestris {ut} anno,

Auspiciumque novi lætius ire finat.

Hisce meis precibus Deus annuit: inque *senecta*

Vos *aquila* canos gestat {amatque. Vale.
{ametque diu.

(18) Vis truculenti morbi Augusto jam mense prorupit circa *Laurentii diem*. Tempore hoc tam turbido suspiria *Zorlerus noster* ab imo duxit pectore, Deoque litavit. A. 1564. 21. Aug.

CHRISTE Tibi commendo meam vitamque viamque,

Tu facies, vitæ & secula longa dabis.

Tu morbos pellis sævos, tu contegis, alis

Gallina ut pullis incubat alma suis.

Ergo vivemus CHRISTI virtute valentes,

Dicemusque pio pectore facta DEI.

Sic volo, sic jubeo, sine conditione voluntas

Fit mea, spectatur gloria nempe DEI.

Sic tibi contingant, ut credis, vita salusque:

Credenti parta est gratia, vita, salus.

Credo equidem tibi, CHRISTE, tibi bona cuncta ferenti:

Auge tu fidei {lumina}
{femina} parva meæ.

Tu *gravidam* gestes, gravidam tu numine ferves,

Ut geminam vitam, pignora chara feram.

2.04.

Christianus Fridericus Wenkel,

Penicenf. Schönburg.

Oeconomiam sic *divinam* in regno, quod vocamus, *Naturæ*, mira-
annorum aliquot intemperie adhuc durante, *non interruptam* ad-
umbrare modo levi penicillo conabitur. Post hunc

Joannes Georgius Schellenberger,

Kesselsdorff.

Ch. adhuc Adj. *Oeconomiam adolescentis*, qui ἐπὶ ὀλίγα πεισὸς in-
veniri debet, in *nuce*, ut dicitur, delineabit, & quum à PERIL-
LUSTRI HEROË BUNAVIO *Breitenaviam* in *Lauensteinensi* a-
gro *Ludimagister novus* mox clementer mittatur, gratiam bene de
se meritis decenter referet, ANNAMque altricem hæcenus suam
una cum *Commilitonibus* valere memor piusque jubebit. Disce-
denti in *montana* à nobis

Joan-

2. Octobr.

Ipsè puer vidì casus mutabilis ævi:

Hei mihi quam varios cana senectâ videt?

Nec quemquam video justum miserumve relictum,

Ipsius aut semen quærere fame cibos.

(Ipsius aut turpi fame perire genus.)

Ergo meam sobolem tu, CHRISTE, ex morte redemptam

Pasce in fame, rege & numine finge tuo.

* * *

Pasce PÄTER sobolem, tu labem GNATE remitte,

Serva in agone fidem SPIRITUS atque preces.

Tecum CHRISTE fui, sum, * quoque semper ero.

(19) A. 17

Jo. Christianus Freudentberg,
Wachaviens.

Ch. Præf. rebus sic ex sententia Dei ope ac numine peractis, bona precabitur *novo degendæ nunc ætatis generi convenientia*, & *montes*

(19) *Andrea* progeniem ex recentiori quadam tabula describam.

II.

Andreas, Pfarr zu Pausitz.

Friedrich, Gleits und Accis-Einnehmer, auch Amts-Land Richter, her- nach Ober-Saltz Licent- und Gleits-Inspector zu Hayn.	Ux. 1639. 17. Sept.	Dorothea, Leonh. Albharts, Ober- Stadtschreib. und Juris Practici in Zwi- ckau Tochter, vidua Joh. Schmidts, Kornschreib. zu Dobrilug, hernach Amts- und Gerichts-Verwalters zu Tieffenau, † zu Zabeltitz 1677. m. Jun. a. æt. 65.
--	---------------------------	--

Friedrich, nat. in Hayn 1640. 6. Aug frequentir- te die Stadt-Schule, stu- dirte Jura zu Wittenberg ab a. 1660. & 66. da er Steuer-Einnehmer und a. 1668. dem Vater adjun- girt ward, † als ein Hecticus schon 1672. 12. Jul. ohne Kinder Ux. Sophia Elisabeth, Chris- tian Pöhlings, Amts- schöff. zu Dobrilug, her- nach Land-Fischmeisters und Amtm. zu Zabeltitz Tochter, 1667. 26. Nov.	Gott- fried, † a. æt. XII. in patria, und zu Leipzig Jura kaum $\frac{1}{2}$ Jahr, † da- selbst 1676. 19. Febr. hatte starke Milz-Beschwe- rung, und war blöder Natur.	Johann Leon- hard, fried, n. zu Hayn 1654 29. Maj. studierte Saltz Licent- und Gleits- Ein- neh- mer.	An- dreas, Zuch- händl. zu Hayn. Ux. Sur- fanna Beni- schin.	Dorothea, Uxor Jo- hann Gottfried Seydels, Amm. zu Zabeltitz, auch Amts- schreib. zu Hayn.
---	--	--	--	---

(20) Hoc igitur die bis facta est *μήτηρ ἐπὶ τίνους ἐυφρανομένη*, Frei-
bergæ & Dresdæ. v. Tab. I, p. 8.

tes simul strictim celebrabit. Ad finem deducet *literaria hæc JUNII mensis otia & gaudia*

Christianus Fridericus Leutritz,
Borlassens.

honoratoque ac benevolo erga nos AUDITORUM concilio gratias aget, ut ab ingenuis fieri solet clientibus, *sentiendo copiosius quam loquendo. Medium vernacula tenebit lingua, primus & ultimus sermone utentur latino: Brevitati Laconum more, ut jam dictum est, studebunt omnes. Cras itaque, hora III. pomeridiana audita PATRONI, FAUTORESque & AMICI summopere colendi haud gravatim convenient, pulverem licet inter & sordes opificum, qui per tabulata scholæ jam regnant, auresque patientes ac benignas declamantibus commodabunt reverenter, officiose & humaniter tessera hac scholastica appellati ac invitati. Scrib. in Museo Annæo, XXIX. d. JUN. a. 1741.*



Coll. diss. A. 36, misc. 15